

# Votive Mass of the Holy Ghost

*Red*

INTROIT: *Wisdom 1:7*

Spiritus Domini replevit orbem terrarum, *T.P.* alleluia : et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, *T.P.* alleluia, alleluia, alleluia. *Ps. 67:2:* Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus : et fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. *℟. Gloria.*

*The Spirit of the Lord hath filled the whole earth, In Eastertide: alleluia : and that which containeth all things hath knowledge of the voice, In Eastertide: alleluia, alleluia, alleluia. Ps. 67:2: Let God arise, and let his enemies be scattered : and let them that hate him flee from before his face. ℟. Glory.*

COLLECT

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti : da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum ... in unitate ejusdem Spiritus.

*O God, who didst instruct the hearts of the faithful by the light of the holy Spirit : grant us by the same Spirit to relish what is right, and ever to rejoice in his consolation. Through our Lord ... in unity with the same Holy Ghost.*

LESSON: *Acts 8:14-17*

Lectio Actuum Apostolorum.

In diebus illis : Cum audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum et Joannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum : nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spiritum Sanctum.

*A lesson from the Acts of the Apostles.*

*In those days: When the Apostles who were in Jerusalem had heard that Samaria had received the word of God, they sent unto them Peter and John; who, when they were come, prayed for them, that they might receive the Holy Ghost; for he was not as yet come upon any of them, but they were only baptized in the name of the Lord Jesus. Then they laid their hands upon them, and they received the Holy Ghost.*

GRADUAL: *Ps. 32:12, 6*

Beata gens, cujus est Dominus Deus eorum : populus, quem elegit Dominus in hæreditatem sibi. *℟. Verbo Domini cæli firmati sunt : et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

*Blessed is the nation whose God is the Lord : the people whom he hath chosen for his inheritance. ℟. By the word of the Lord the heavens were established : and all the power of them by the Spirit of his mouth.*

ALLELUIA

*(Hic genuflectitur)* Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium : et tui amoris in eis ignem accende.

*(Here all kneel) Come, O Holy Spirit, fill the hearts of thy faithful : and kindle in them the fire of thy love.*

Between Septuagesima and Easter, the ALLELUIA is replaced by the following TRACT:

TRACT

Emitte Spiritum tuum, et creabuntur : et renovabis faciem terræ. *℟.* O quam bonus et suavis est, Domine, Spiritus tuus in nobis. *℣.* (*hic genuflectitur*) Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium : et tui amoris in eis ignem accende.

*Send forth thy Spirit, and they shall be created : and thou shalt renew the face of the earth. ℟. O how good and sweet, O Lord, is thy Spirit within us. ℣. (Here all kneel) Come, O Holy Spirit, fill the hearts of thy faithful : and kindle in them the fire of thy love.*

In Eastertide, GRADUAL and TRACT are replaced by the following Alleluias:

ALLELUIA: Ps. 103:30

Emitte spiritum tuum, et creabuntur : et renovabis faciem terræ.

*Send forth thy Spirit, and they shall be created : and thou shalt renew the face of the earth.*

ALLELUIA

(*Hic genuflectitur*) Veni Sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium : et tui amoris in eis ignem accende.

(Here all kneel) *Come, O Holy Spirit, fill the hearts of thy faithful : and kindle in them the fire of thy love.*

GOSPEL: Jn. 14:23-31

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

*Continuation of the holy Gospel according to St John.*

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus : qui non diliget me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus; sed ejus, qui misit me, Patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis : non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis : Vado, et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem; quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat : et cum factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

*At that time: Jesus said to his disciples: If any one love me, he will keep my word, and my Father will love him, and we will come to him, and will make our abode with him. He that loveth me not, keepeth not my words; and the word which you have heard is not mine, but the Father's, who sent me. These things have I spoken to you, abiding with you; but the Paraclete, the Holy Ghost, whom the Father will send in my name, he will teach you all things and bring all things to your mind, whatsoever I shall have said to you. Peace I leave with you, my peace I give unto you; not as the world giveth, do I give unto you. Let not your heart be troubled, nor let it be afraid. You have heard that I said to you: I go away and I come unto you. If you loved me, you would indeed be glad, because I go to the Father; for the Father is greater than I. And now I have told you before it come to pass, that when it shall come to pass, you may believe. I will not now speak many things with you; for the prince of the world cometh, and in me he hath not anything. But that the world may know that I love the Father, and as the Father hath given me commandment, so do I.*

OFFERTORY: Ps. 67:29-30, 5, 27, 33-34

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis : a templo tuo, quod est in Jerusalem, tibi offerent reges munera, *T.P.* alleluia. *℟.* Cantate Domino : psalmum dicite nomini ejus : iter facite ei, qui ascendit super occasum : Dominus nomen est illi. *℟.* In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel. *℟.* Regna terræ, cantate Deo : psallite Domino, qui ascendit cælos cælorum ad Orientem.

*Confirm this, O God, which thou hast wrought in us : from thy temple, which is in Jerusalem, kings shall offer presents to thee, In Eastertide: alleluia. ℟. Sing ye to the Lord : sing a psalm to his name : make a way for him, who ascendeth upon the West : the Lord is his name. ℟. In the churches bless God, from the fountains of Israel. ℟. Sing ye to God, ye kingdoms of the earth : give praise to the Lord, who mounteth above the heaven of heavens to the East.*

SECRET

Munera, quæsumus Domine, oblata sanctifica : et corda nostra Sancti Spiritus illustratione emunda. Per Dominum ... in unitate ejusdem Spiritus.

*Sanctify, O Lord, we beseech thee, the gifts we offer; and purify our hearts by the light of the Holy Spirit. Through our Lord ... in unity with the same Holy Ghost.*

PREFACE

*Of Pentecost*

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique, gratias agere : Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus : per Christum Dominum nostrum. Qui ascendens super omnes cælos, sedensque ad dexteram tuam, promissum Spiritum Sanctum in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et supernæ Virtutes, atque angelicæ Potestates hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes :

*It is truly meet and just, right and salutary, that we should always, and in all places, give thanks to thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God, through Christ our Lord. Who, going up above all the heavens and sitting at thy right hand, sent forth the Holy Ghost, as he had promised, on the children of adoption. Wherefore does the whole world rejoice with exceeding joy all the earth over. And both the heavenly Virtues and the angelic Powers also join in singing the hymn of thy glory, evermore saying:*

COMMUNION: Ps. 1:2, 3

Factus est repente de cælo sonus advenientis spiritus vehementis, ubi erant sedentes, *T.P.* alleluia : et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, loquentes magnalia Dei, *T.P.* alleluia, alleluia.

*There came suddenly a sound from heaven as of a mighty wind coming, where they were sitting, In Eastertide: alleluia : and they were all filled with the Holy Ghost, speaking the wonderful works of God, In Eastertide: alleluia, alleluia.*

POST-COMMUNION

Sancti Spiritus, Domine, corda nostra mundet infusio : et sui roris intima aspersione fœcundet. Per Dominum ... in unitate ejusdem Spiritus.

*May the inpouring of the Holy Spirit purify our hearts, O Lord, and render them fruitful by the sprinkling of his dew over our innermost being. Through our Lord ... in unity with the same Holy Ghost.*